

sicut vnitas diuinitatis: ita vnitas operationis sit.
Quod etiam ex cantico moysi colligi potest; Ipse enim cum per maria traduxisset populum iudeorum. & dñi patris operationem. & filii est confessus. & sp̄s. dicens. Dextera manus tua dñe glorificata est in uirtute. Dextera manus tua dñe confregit inimicos. Habes quia & filium sit confessus & patrem. cuius est dextera. Et infra ait. nescim sp̄m præderire. Misisti sp̄m tuum. & cooperuit eos mare; Vides igitur. quia & sp̄s sēs cooperatus patri & filio sit. ut tamquam congelascentibus fluctibus. In medio mari. aquarum quidam murus surgeret ad transitum iudeorum. & rursus aegyptiorum populum per sp̄m refus obrueret. Inde & columnam nubis plerique præerisse in die populō iudeorum. & columnā ignis in nocte arbitrantur. quod protegeret plebem suam gratia spiritalis. Hanc autem operationem dñi. quam totus orbis iure miratur. sine sēi sp̄s opere non fuisse. & iam apostolus declarauit. dicens in figura illa præcessisse spi

.iiii.